



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. D. N. Benedicti XIV. Declaratio Super Matrimoniiis Inter
Protestantes Et Catholicos**

Benedikt <XIV., Papst>

Coloniæ, 1746

VD18 1439684X-001

12. Relatio Ep. Gandav.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40802

mature præviè perpensis, instinctu Spiritus Sancti stabilivit Sacroianctum OEcumenicum Concilium.

16. Graviora enim verò, & animarum saluti periculosa profluunt incommoda, si contraria ob particulares quosdam, & rariores casus Româ venirent Rescripta.

Ita dabamus Brugis Flandrorum in Palatio nostro Episcopali hac 21. Junii 1739.

L.

R E L A T I O.

Reverendissimi Episcopi Gandavensis

PRAXIS, quam induxit Episcopus Castoriensis in Hollandiam circa Matrimonia ibidem celebrata, non observatâ Concilii Tridentini formâ, nullo modo viget, neque unquam viguit in illa Dioecesis meæ parte, quæ Fœderatorum Ordinum Dominio subest. Matrimonia enim illa pergermus habere, ut invalida, nisi Sancta Sedes, quod non confido, aliter aperte declararet.

Juxta illam sententiam semper egi Ipris, & etiam nunc sic ago cum Præsidio Acatholico Teneramundæ, nequidem unquam permitto, ut Pastor, aut Missionarius assistat Matrimonio partis Catholicae, & partis hæreticæ.

U

RELA-